



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Synopsis || Rerum Variarum || Ab || Orbe Condito Ad
Sæculum Nostrum XVIII. || gestarum, simúlque ||**

Kolb, Gregor

Augustæ Vindelicorum, 1724

VD18 14497743

Synopsis Ab Orbe Condito Usque Ad Diluvium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64332)

Pars III. Seu Sapiëntiæ dicta continet libros quinque, scil. 1. Proverbiorum. 2. Ecclesiasticis. 3. Canticorum. 4. Sapiëntiæ. 5. Ecclesiastici. Tres horum, teste C. Bellarmino, sine controversia scripsit Rex Salomon; imò etiam quartus eidem tribuitur ex communi consensu antiquorum Patrum. Librum Ecclesiastici scripsit Syrach.

Pars IV. Sunt Prophetiæ, quarum unà cum Psalterio Davidis 17. numerantur, nimirum

1. Psalterium Davidis. 2. Prophetia Isaia. 3. Jeremiæ cum Baruch. 4. Ezechielis. 5. Danielis, qui vocantur Prophetæ Majores. 6. Oseæ. 7. Joelis. 8. Amos. 9. Abdia. 10. Jonæ. 11. Micheæ. 12. Nahum. 13. Habacuc. 14. Sophonia. 15. Aggei. 16. Zacharia. 17. Malachia.

Atque descripta hæcenus Prophetarum nomina indicant authores seu Scriptores Prophetiarum, quæ non eodem ordine temporum fuerunt conscriptæ, quo ordine hoc in loco veniunt Prophetæ singuli, uti satis etiam Seculorum Series inspicienti eam dicatbit.

S Y N O P S I S

AB ORBE CONDITO USQUE AD DILUVIUM.

Nominatissimi in Sacro Codice Patriarcharum, Sacerdotum & Regulorum instar regnarunt ante Diluvium

1. Adamus Protoparens, qui <i>vixit annis</i>	930.
2. Abel Adami filius Caini mali frater bonus	129.
3. Seth Caini natus	912.
4. Enos Sethi Soboles Deo dilectissima	950.
5. Cainan filius Enos	910.
6. Jared Cainani nepos, Malaelis filius.	962.
7. Henoch Jaredi filius an. ætatis suæ 365. mundi 922. raptus, servatur interea mortalibus usque ad Anti-Christi tempora.	
8. Mathusalem Henochi filius omnium mortalium ætate maximus vixit annos	969.
9. Lamech Mathusalemi filius Noemi Pater	777.
10. Noe Arcæ Conditor an. Mundi 1050. ante Diluvium annis 600. natus, inter corruptos jam seculi mores constanter Deo addictissimus & dilectissimus superavit annos	950.